



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

200. feria 5. de peccatis venialibus significatis per fœnum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

ft Pentecost.  
scere, & mihi  
damentum,  
e merita ro-  
lante ritun-  
sunt peccata  
o à peccato  
& aliquando  
carentiam  
exiguitatem  
, irrisio, co-  
facultate in  
eprosæ mi-  
gna corrosa  
na impuri-  
um idolum  
s humani, à  
nore rigata,  
bitæ satisfa-  
e temporali

Feria 5. Dom. 4. post Pentecost. 355  
amaras aquas exsiccat, & fluenta dulcissima  
virtutum fontibus restituat.

Conf. 3. Ut unum quodque peccatum pos-  
sit extingui, causa atque occasio, per quam,  
vel ob quam admissum est, debet primitus  
amputari. Assiduis igitur orationibus, occa-  
sionum fugâ, spe in Dominum collocatâ,  
diffidentia sui, contrarijs virtutum actioni-  
bus contra hæc vitia pugnandum est.

### MEDITATIO C.C.

Feria 5. Domin. 4. post Pentecost.  
*De peccatis venialibus significatis*

*per fœnum.*

V Idebo horribilem, voracem, fumantem-  
que ex fœnoflammam, per quod alia  
peccata venialia designantur. Feta in ea in-  
telligere, & evitare.

Conf. 1. Peccata venialia dici fœnum, quo-  
niā jumentorum, id est, insipientium sunt  
pabula, & per ardorē charitatis facile ardēt.  
Et ex genere scienter, & ex industria, & quasi  
ex malitia committi dicuntur, qualia sunt  
officiosa mendacia, otiosi sermones, scurri-  
litates, cachinnationes, curiositates ad au-  
dienda, videnda, vel legenda vana, adulati-  
ones, ambitiones.

Conf. 2. Remedia ad vitanda levia pec-  
cata, significata per fœnum esse, radicem eo-  
rum

356 Fer. 5. Dom. 4. post Pentecost.  
rum auferre: radix horum peccatorum ei  
ignorantia hominis nescientis ponderare  
pœnam ruboris, quæ peccato etiam levi ei  
industria commisso ponitur. Quis enim  
præcipit hæc vitare? Deus summus, sapiens,  
bonus, potens, singulis momentis in nos li-  
beralis, ac beneficus, cui Angeli serviunt, i-  
rrationalis creatura ad nutum obedit. Herus,  
ac Dominus noster, cuius in Regno nati-  
cujus Imperio nos peculiariter in Baptismo  
mancipavimus.

Conf. 3. Quis aulicus, aut servus præsente  
ac inspectante Domino sciens prudens man-  
datum Domini transgreditur? vel ut aliquid  
Rex aulico faciendum committeret, putas  
faciet contra Regis præsentis & inspectantis  
imperium? Non faciet: & peccator facit  
Petam, ut serviam Domino in timore, &  
exultem ei cum tremore.

#### MEDITATIO CCI.

Feria 6. Domin. 4. post Pentecost.

De peccatis venialibus significatis  
*per stipulam.*

V Idebo peccata venialia per stipulam si-  
gnificata ad comburendum. Petam ea  
intelligere, & evitare.

Conf. 1. Quomodo per stipulam significen-  
tur peccata ex infirmitate humana, ob quam  
habentes